

☉ (o) ☉

fallibilis esse veritatis. Manus igitur hosti dare cogitur, nisi de formâ, quæ vitiosa est, sollicitus sit. Quid Sociniano orthodoxus respondebit, Filii Dei satisfactionem pro nobis præstitam, impugnantem, si ita argumentetur: *Natura divina non est pro nobis mortua. Natura divina est ipse Filius Dei. Ergo ipse Filius Dei non est pro nobis mortuus.* Quid, inquam reponetur adversario, nisi vitium in formâ ostensum fuerit? *quod enim materiam attinet, utraq; præmissarum suâ luce radiat.* (2.) De fraude quorundam heterodoxorum monendum est, quod ubi de veritate alicujus præmissæ desperant, illam occultare soleant, quasi extra controversiam posita sit, cum, si in lucem protrahatur, falsa esse deprehendatur: exemplum præbet Jesuita Becanus, qui probaturus, Scripturam

* * 2 ram